

*In insula Dalmatiae Nigra Coreyra (Curzola) (III 5066 cf. III S. 10083 Hirschfeld vidit ectypum). — 1) Sacerdote.*

**3180** imperio Veneris fisicae<sup>1</sup> Iovi o. m. | Antistia Methe | Antisti Primigeni | ex. d. d.

*Pompeii rep. inter annos 1594 et 1600 cum aquaeductus fieret (X 928 servavit Capaccius auctor accuratus). — 1) Eadem Venus fisica memoratur etiam in duabus inscriptionibus parietariis Pompeianis (IV 1520 et ad X 928); Mestis fisica est X 205. Vocabulum obscurum, de φουix- non cogitandum.*

**3181** Veneri Aug. | L. Iulius L. f. Q.<sup>1</sup> Martialis IIIvir<sup>2</sup>, aed. et q. pot.<sup>3</sup>, si|mulacrum aereum Veneris | cum aede sua et Cupidinibus | ex liberalitate L. Iuli Martialis | patris sui, super aliam libe|ralitatem Romae aeternae<sup>4</sup>, | quam nomine Victoris fratris | [su]i posuisset, dedit. Dec. dec.

*Cirtae (VIII 6965 vidit Wilmanns). — 1) Quirina (tribu). — 2) Triumvir, sc. coloniarum Cirtensium. — 3) Aedilis et quaestoriae potestatis. — 4) Praeter Veneris simulacrum et aedem Iulius Martialis etiam simulacrum Romae aeternae promiserat, nomine fratris.*

**3182** Iovi, Iunon., Miner., | Antonia M. lib. | Aphrodisia scyphos II, | Venerem, speculum | donum dedit.

*Augustae Praetoriae (Aosta) rep. (V 6829 vidit Mommsen).*

**3182<sup>a</sup>** Mescenia | Valentina | imperio | Veneris | Iunonem | d. d.  
*Salonis (III 1962 vidit Mommsen).*

**3183** Fedimus condit|or sacrari Veneris | Chendies<sup>1</sup> cum po|rticum et cocina|torium constitui | et ente<sup>2</sup> donavi.

*Olim Romae ut videtur, iam Oxonii (VI 2275 vidit Huebner). — 1) Intellege: Cnidiaes (cultores [Vener]is Cnidiae memorantur VI 4872; Bonae deae Veneri Cnidiae dedicatus est titulus infra N. 5515). — 2) Mommsen intellegit: et ent(h)ecam.*

**3184** M. Aurelius Pacorus | et | M. Cocceius Stratocles, | aeditui Veneris hortorum | Sallustianorum<sup>1</sup>, | basem cum | paimentó | marmorato | Deánae | d. d.

*Romae, incertum qua regione urbis rep. (VI 122 saepius descripta saec. XVI). — Confictus est titulus Veneris hortorum Sallustianorum Orell. 1569 (= VI 667\*). — 1) Alius aedituus Veneris hortorum Sallustianorum est Eph. ep. 4, 869.*

**3185** N. Pumidius Q. f., | M. Cottius M. f. | (sequuntur alia nomina decem): heisce magistris<sup>1</sup> Veneris Ioviae murum<sup>2</sup> | aedificandum coira-verunt ped. CC.↓XX et | Ioidos fecerunt Ser. Sulpicio M. Aurelio co[s.].<sup>3</sup>

*Capuae, nunc Neapoli (I 565. X 3776; Ritschl tab. LXIIIa). Alterum exemplum eiusdem inscriptionis, sed mutilum, est in lapide bis tantum descripto X 3777 = Eph. ep. 8, 460. — 1) magistres videtur esse in altero exemplo. Ceterum de his magistris fanorum in agro Campano ante conditam coloniam Capuam creati solitis cf. Mommsen CIL. X p. 567 et infra N. 5340. 5341. 5397, item inter titulos municipales. — 2) Postrema vocabuli littera, scripta in fine versus eius qui praecedit, per signum quoddam ad hunc versum revocata. — 3) A. u. c. 646.*